

tit, nec his debet: in primis cum horum dexterrimo præparandi ritu efficiatur, vt corticis effracta duricie, productus nucleus, vim proferat experimentis certis planè admirabilem. Ut cōstet huc vsq; fossilia & metalla, quæque inter ea nonnullis vel sæuiora putantur, vel penitus inutilia, antiqui usus fuisse; vel ijs saltem posteriorum sæculorum pijs doctisq; viris non despiciatui habita, qui eandem cum omnibus cynosuram, in ambiguo cōiecturalis Medicinæ pelago intuentur.



## CAPUT V.

*Facultates metallorum noxias, si quæ sint, aliorum vſitatorum exemplo demi vel corrigi.*

**Q**uod superest, metallorum fossiliumq; nocentes qualitates, rationis rectæ trutina examinandæ venient: tales ne sint, tantæque, vt si in medicinalium remediorum ciuitatem funesti inquilini adscribantur,

D 3 in